



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**In Hoc Libello Continentvr.|| Divo Maximiliano Avgvsto
Chvnradi Cel||tis rapsōdia Lavdes Et Victoria De
Boe-||mannis Per Septem Electores Et || Regem**


Celtis, Konrad

Auguste: Vinde:, 1505

VD16 C 1897

urn:nbn:de:hbz:466:1-14416





Th. 1579 a

Acternitati imperii: et felicitati inclyte domus austrig dedicatum.



H B

Altra deo nil maius habent: nil Caesare terre:
Si Caesar terras: et deus altra regit.

14 B.



IN HOC LIBELLO CONTINENTVR.
DIVO MAXIMILIANO AVGVSTO CHVNRA DI
CEI LAVDES ET VICTORIA DE BOE
MANNIS PER SEPTEM ELECTORES ET
REGEM. PHOEBVM. MERCVRIVM.
ET BACHVM ET NOVE MV
SAS PERSONAS PVBLI
CO SPECTACVLO VI
ENNE ACTA. ANNO
M.D.III.

Divo Maximiliano Sodalitatis l'ariae Col
legii poetarum Viennæ in delectu publico
per classes decantatae et recitatae laudes pro
erectione eiusdem Collegii.

CHVNRA. CELTIS AD DIVVM
Maximilianum de Rhematariis suis.

Cum tot arithmarij scribant tibi rhemate laudes
Caesar: et impressis dent tua gesta notis.
Nemo tamen spero placeat magis in clypeo Caesar:
Quam nos qui latius scribimus acta notis.
Nostra leget gallus: Boemannus: farnata: pannos:
Romulus: hispanus: uasco: britannus: erix.
Illorum nostris tantum admirantur in oris
Rhemata: non alias sunt aditura plagas.

Eiusdem ad Maximim. de reditu suo ab oceano.

Qualis ab hispanis alcides uenerat oris:
Aurea cum tauris plurima poma ferens.
Aut qualis bacchus crispatis uictor ab indis:
Attulerat thabris grata trophaea suis.
Talis ab occiduo rediit modo littore Caesar:
Victor ouans rhenum danubiumque regens.
Illic fugambros: domitans illic Boemannos:
Europamque suo subiuguet imperio.
Tarda solet magnis rebus inesse fides.



August. Morauus Reg. Boe. Vicecancell. Chuni. Celti. Sui. Complatonico.
 Non tecū cōuenio mi Celti. Nam quos Boiemos Cor. Bemos aut pro. uocat. hos tu nescio cuius autoritate
 Boemānos appellas. Quā si hoim istorū tēporū qui Boemiā incolūt ritum et religionē recte perspēdere ut
 limus: Boemādi potius (quod eorū lingua deum mandētes sonat) quā boemāni iure essent appellādi. Hec
 .n. summa totius religionis ipsorū est ut et infantes et adulti senes ac decrepiti promiscui sexus: ad sacra
 tissimi corporis et sanguinis xpi eduliū quotidie ac passim ferantur: nulla pctōrum uenia p confessionē xpia
 no more petita: sed ueluti alini et sues ad pastū: ita hi ad tanti mysterii cibū solo sensus impetu ducuntur. In
 re ergo eos hac rōne Boemādos potius: qm Boemānos uocauerim. Nisi tu certius aliqd cur eos sic uoces
 afferas: et ualidioribus argumentis me male sensisse conuincas. Vale ex Buda. M. D. llll.
 Celtis August. suo. Mirifice me oblectasti epil. tua Augul. chariss. Ipse cur collimicos tuos Boemānos. in
 citē: accipe. Das oīno potētissimis gētes (ut apud pbatos autores est) cōmigrasse i germaniā legimus Cel
 tas et Boios: a pecudū et boū cura uocitatos. Qui dū ad ripas bystri cōsedissent: pascuososq saltus et irroge
 as ualles in corde ferme germanie rare bitari intellexissent: a Māno eius regiōis tūc duce inuigati: et prot
 nas idigenis paulati sanguie mixto barbara plebs pter cōsuetū gētib' usum: trāsiit in totā sul cepto nomine
 gētē Par rō de Celtiberis: Gotbolāis: Tectolagis iueuis. Vale ex phrōtisterio nro et cōtuberno l'ario
 Viennē.

INCIPIT RAPSODIA.

Paresiphanus dum personati
Electores confedissent.

Ceu septem aduerso discurrunt sydera motu:
Inter que medius splendide phoebe micas.
Sic Caesar refidet septeno numine cinctus:
Sancta ubi maiestas: et iouis ales adest.

HEROOLDVS PROCLAMATOR.

Maximiliano os iuuenes celebremus honores:
Carminibusq; suas tollamus ad æthera laudes.
Qui nostra æterna componens tempa pace:
Strauit ab arctoo uenientes axe Boemos:
Hic ubi spumiferū Regus se uoluit in histrū:
Atq; Ratisponam uictricibus irrigat undis.

PARESIPHANVS EVOCATOR.

Phœbe ueni latio dicturus carmina regi.
Et uos pegasides æterno in amore sorores:
Carminibus uestris tantos celebrate triumphos.
Victor enim magno uestro inflātatus amore:
Iusserat austriacis uos his residere sub oris.

PHOEBVS EVOCATVS.

Dicite Pierides summi uictoris honores:
Et pro pere huc uestros ad me conuertite gressus:
Carminibus uestris patulas præbebimus aures:
Ipse meam Citharam plectris fotiabo canoris.

MERCVRIVS PHOEBI ASSECLA.

Meq; decet tantos nō deseruisse triumphos:
Sub phœbi radiis q; semp oberro coruscis:
Et uideor tantū dum luna sub axe sereno:
Obducit tetro phœbi uaga lumina uultu.
Consilium et ipse dedi referens mandata tonantis:
Quo gens clypiferis male sana periret in armis.

Bacchus comitatus satyris et fannis.

Nec me deesse decet circū q; salto camenas:

A II

Inspirans patris carmina docta meis.

CLIO EVOCATA PRIMA.

Militiæ sublime decus: spes certa labantis
Et columen patriæ: belloq; insignis et armis.
Cui pater omnipotens ualidas in corpe uires
Prebuit: et latii regni concessit habenas:
Ut foret exuuias ageret q; fortis opimas
Bemorum de gente fera: quã tu inclytus armis:
Militibus grauidam: fortem: belloq; ferocem
Sternis: et ingentes das primus in agmine strages:
Dũ nostras temere tentant inuadere terras.
Quale solent rapidi cũ forte in prelia tauri
Concurrunt: flexis uibrantes cornibus auras:
Naribus erectis cælum et mugitibus implent
Tum si fugiferis pœnorum missus ab antris
Magnanimus paret arma leo: tollensq; coruscas
Erecta ceruice iubas: fremit ore minaci:
Rictibus et patulis intentat uulnera sæua.
Qui modo conuersis pugnabant cornibus hostes:
Deponunt ultro rabiem et parere fatentur.

THALIA SECUNDA.

Haud secus aduersos fueras ubi raptus in hostes
Agmen agens: dant terga uiri: fractusq; resedit
Impetus: atq; fuga quærit sibi quisq; salutem:
Maiorem partem dum cernit in agmine fusam:
Partem aliam iniectis abduci in uincla cathenis.
Quale solet pastor phœbo migrante sub undas:
Armenta ad crates positis obcludere septis:
Tale Ratisponam ducta est fera turba sub urbem:
Venales animæ luituræ corpore pœnas.

MELPOMENÉ TERTIA.

Omni mundi lux alma: quibus tua laudibus æquem
Facta canenda mihi: tua dũ primordia quæro
Distrahor: atq; humeri tanto sub pondere nutant

Quisue tui generis: diuinæ et originis autor
Exitit: Habsburgus clara an de stirpe Rudolphus?
Leopoldus sueuus: uel qui sup astra relatus:
Siue aliquem superũ humana latuisse figura
Credendũ: et nostras uos progenuisse sub auras:
Quandoquidem uobis manus nil cernimus orbe.

EVTERPE. QVARTA.

Ingenii ne prius uires: bellie labores
Comemorem: ne prius tot dextro Marte triũphos:
Quanta trophæa geras de infidis hostibus: orco
Quos tua dextra dedit: siue urges feruidus hostem.
Seu ualido torques ingens hastile lacerto
Eminus: aut iaculans tua spicula cominus arcu:
Montibus aut positas: niueis uel in alpinis arces.
Saxa rotans: ferri ue globos per mœnia iactans.
Aequas euncta solo: sternaci puluere et igne:
Concutiẽs totũ ceu fulmine iupiter orbem
Dum crepat excussis correptus ab ignibus æther:
Condũtur tetro et rutilãtia sydera fumo.
Vel quale hiberno uolitat succensa uapore
Aereo fax orta suo: lapsuq; repente
Absumpta: humanos eludit lumine sensus.
Aut quale auriuagas tollit se falco per alas
Percitus. astra petens: siquãdo lumine acuto
Conspexit liqdas uolucem se ferre per undas:
Ima petit: uolucemq; rapit: uelocior omni
(Quam mittit scythico uenator in orbe) sagitta:
Turri fraga intorques sic saxa uolantia et ignes.
Vndantes norunt inimico sanguine campi:
Gallorumq; lacus: et strata cadauera uoluens
Hysteriarar: Rhodanus: hostili cæde madentes
Et Rhenus triplici qui uoluitur ore sub æquor.
Quiq; caua subeũte falo tellure madescunt
Cum phrisiis: minima et contentis nocte britannis.

Et qui spirat adhuc ignaui pectoris aestu
Oenus ab austriacis bauaros qui separat oris.
Oene o Oene tuo uideas quem Marte laceffis.
Nemo ipse uiro huic se se unquam opponit in armis.
Siue pedes dubii pugnas Mauortis iniret:
Seu luctantis equi qui rexerit ora lupatis:
Seu curru posuit numero so castra sub aruis:
Siue mari instructas compleffet milite classes.
Obsidione premit fidentem inuenibus hostem:
Limina tartarei potis est q frangere regis.

POLYHYMNIA QVINTA.

Cum tibi primeuo uernaret flore iuuentus
Molle decus: tenera gestans lanugine uultus:
Lilia purpureis confundens alba rosetis:
Non fractus non segnus eras: non mollia luxu
Tempora ducebas: ignaui nec otia noras.
Sed galea pressare comas: et ten derencruo
Spicula: ueloces agitare et puluere currus
Suetus: et insani tentare pericula Martis:
Flectere equum celerem: gladium et uibrare micam.
Vel dum liber eras: membra exercere palaestra: aut
Cespite ludus erat: cursuq; laceffere uentos.
Siue tibi aerea dum uisa est dorcas in alpe
Setigeriue sues: has telo aut cuspide sternis.
Præcipites scopulos et celsa cacumina scandens:
Lubrica præmissis firmans uestigia conto.
Falconem uel iubes: liquidas se tollere in auras:
Vnguibus et trucibus dispergere in æthera plumas.
Ille uolat subito lapsu: et diuerberat auras
Vngue secans prædam: rostro et diuellicat unco.
Moxq; reclamatus manibus se reddit amicis.
Nulla dies immunis erat: nunc oppida bello
Tentabas: Gallos: Flandros: Geldrosq; rebelles
Ora premes saxis: contis: sudibusq; præuultis:

Ascendēs primus fixis per mœnia scalis.
ERATO SEXTA.

Tale ruidimētum tenero rex inclytus æuo
Sortitus; cunctos patiens tolerare labores:
Vt nemo ausit eques tecū se opponere campo
Aut conferre manus: toto sic pectore surgis
In clipeum: fortī sic uibras spicula dextra.
Nec cuiq̄m alipedū prodest uel cursus equorum
Missa uel infectis quæ stridet arundo uenenis.
His etiā immittis diram per uulnera mortem
Hostibus: et dōmitos sub tristia tartara mittis.
Mars tibi be lipotēs mērem: uiresq; potentes
Suggerit: et clarō superum dignatur amore.
O merito dilecte deis: o publica mundi
Gloria: cui nomē famamq; extēdere factis
Possē datum paucis mortalibus illud in astra
Pandit iter: cælo residet qui iupiter alto.

TERPSICORE SEPTIMA.

Eximium te nulla dies: te nulla tacebunt
Sæcula: nec memori quisquā te subtrahet æuo
Nec uero Aeacides (quāuis euerterit igne
Mœnia troiano quondam possessa colono)
Efferus: et patrios cireū licet Hectora muros
Traxerit exanimem: tātō florefcit honore.
Nec qui pampinea uel datus fronte corona
Bacchus: thyrsigeras agitās in prælia turmas:
Ille licet fuscis sub leges miserit Indos.
Tu latios Graiosq; uiros: quos stemmate claro
Vexit ad imperiū generosa ac inclyta uirtus
Consortes ciaris iam uictor habebis in actis:
Illorum magnos dum rex imitaris honores.

CALLIOPE OCTAVA.

Aequabis cunctos Germano sanguine cretos
Induperatores: nec Carolus ille uictus

Fancisca de gente fatus cognomine Magnus:
Te uirtute sua uincet: nec faxona proles
Oddones: totum q impleunt laudibus orbem.
Nec qui de rosea gestabat nomina barba
Termodonteis uitam qui perdidit undis.
Ah superi talem potuistis cernere cladem?
Tigris et eufrates nostra sub lege fuissent.
Sed deus ætheretum rapit optima quæq; sub orbem:
Inuidet aut claris nostris fataliter actis.
Par eris atq; aliis: q celsa ad sydera famam
Extulerant: summo residentes axe beati:
Qua nitet astrigeri candens uia lactea cæli:
Chunradi: Henrici: Ludouici: aliiq; corusci
Quos octingentis iam Rhoma receperat annis.

VRANIA NONA.

Sed maiora tuis fieri his speramus ab astris:
Postquam Rhomanam gestabis fronte coronam:
Finibus europæ dum pelles fortibus armis
Turcum: et Rhomana Boemannum legesolutum.
Qui duo conturbant foelicia sæcula nostra:
Hic fidens iaculis: hic sylua et montibus altis:
Tanquam natiuo quis clauditur undiq; muro.
Vtq; tuus Rhenus de fontibus usq; sub æquor
Seruit: et austriacæ ueneratur nomina gentis:
Danubius sic ille tuus sotialibus undis:
Vsq; sub euxinum celebret tua nomina pontum.
Tunc pax per totum duce te celebrabitur orbem:
Sancta fides: superum pietas: concordia: uirtus:
Integritas: sancta redient cum religione.
Cumq; tibi ueniet longeuâ et tarda senectus
Exactis fatis: mox te referemus ad aulam:
Qua residet totum nutu qui tempat orbem.
Hic ueluti uiuus: sic nos post fata tueris
Cum patre: atq; aliis diuina stirpe creatis.

PERSONA INTERPOSITA LAUREANDA.

Oueniat lux illa ruis decreta triumphis:
Constantine tuam qua cernere possumus urbem:
Et baccho thæbas: et amatas palladi athenas:
Et macedû pelopisq; domos: atq; archadis arua:
Euboias rupes: et qua se uoluit in undas
Alpheus: siculis q; rursum erumpit in oris.
Omihî si dulces musarû cernere fontes
Detur hic: et doctis mea mergere labra sub undis:
Et lucis errare piis: fluiuisq; sonoris:
Orpheus cum dulci potuit quos sistere cantus:
Carmina tunc totum canerê uentura sub orbem.
Vel si non dabitur: rex inuictissime regû:
Hic mea florenti iam cingas tpa lauro.
Ipse tuas laudes: famamq; sub æthera tollam:
Dû mihi uitales uegetabit spiritus artus.

CHORVS MUSARVM CANVNT ET AD

numerû saltât: phœbo cû cytara in medio stante.
Qua sol purpureo terras illuminat ortu:
Quaq; Notos Austrosq; uidet: pluuiialibus undis.
Et qua frorigero zephyro se condit in æquor
Occiduû: Herculeis metis ubi proximus Atlas:
Suppositos nobis alio suspectat in orbe.
Et qua per rigidas spargit sua frigora terras
Visa minor maiorq; sua quas cuspide terret
Arctophylax: semper referas spolia alta trophais
Maximiane: decus nostris et gloria terris:
Semp cincta gerens uiridanti tempora lauro.

BACCHVS CVM SATYRIS AD NV

merum saltat et canit: raptis musis.

Seculis nostris modo gratulandum	Maximus regum dat emilianus
Quod tot electos habeat poetas	Munus hoc nobis: ueteres reducent
Austris tellus: ubi Bacche fundis	In suas terras generosus artes
Plurima dona.	Aere perenni.

Vnde nos euncti iuuenes recamur: Vt queat nostris remouere terras
Iupiter multos sibi det triumphos: Perfidū turcum gladio minaci
Nestorem longa superans senecta Sarmatas ultra Sued usq; pellens
Corpore sano. Cuni Boemannis.

MERCVRIVS ACTVM CONCLVDIT.

Hoc tibi casta cohors Rex inuictissime carmen

Offera; deuotis candida pectoribus.

Comendatq; tibi iam flexo poplite iunfas:

Quæ te perpetua laude sub astra ferent.

REX RESPONDET.

Nemo ex hoc numero mihi nō donatus abibit;

Vestruū defendens hic et ubiq; chorum.

Conuersus ad spectatores Mercuri.

Et uos qui dulces audistis carmine iunfas:

Maximiliani dicere facta ducis.

Ite bonis auibus; uestras nunc ite sub ædes:

Deuota et iunfas mente fauete sacris.

EPIGRAMMA DE HVS

quod anser interpretatur.

Anser ad almanos uolabat raucus olores:

Quem rapit italicus per sua colla lupus.

Exutus plumis; et uiuo tostus in igne:

Sic dantur fati nomina sæpe suis.

A duce Boiorum nup sed Bœme uocatus:

Cæsus; et hiltrinas sanguine tingis aquas.

Contineas ergo patriis te Bœme sub oris:

Numina quandoquidem iam tibi nulla fauent.

Aut redeas nostram supplex sub religionem!

Et tibi placatos sentieris esse deos.

AD GENEROSVM DOMINVM

Bohuslau de Hassenstein; de situ Præ-

get et sectis et heresibus in Bohemia.

Bosse Bemornū decus; et ruentis

Vni cum lumen patriæ resurgens:

Fama quem clarum beat; et p omnē

Prouchet orbem.

Vberi gleba tua Praga cincta est:

Quam rapax scindit fluiuius; p albin

Exuēs nomen sociis petētes

Fluctibus equor.

Visa non urbs est meliore celo:
Explicat septē spatiosa colles
Ambitu murorum: imitata magne
Moenia Rhome.

Tempore ex illo rabies reposita:
Insidet crudis animis nepotum:
Viresq; p multos agitata motus
Corruit alta.

Legibus nullis superi coluntur:
Ille Rhomanos sequitur: sed alter
Approbat graios: colit hic pphani
Sabbata uerpi.

Bolle tu tantos fugiēs tumultus:
Temporum causas sapiēs sequutus:
Imperum uulgi fugis: et furetem
Deseris urbem.

Ductiles riuos sequeris Beatus:
Garrulis ripis tua tecta condēs:
Qua leues unde ueniunt loquaci
Murmure ad aures.

Cespites foelix uirides perras:
Bacchicos colles: et aprica lustrans:
Quoad tibi dulcē generat soporem
Vnda susurrans.

Possides pulchrum generose collem:
Quē recēs phoebus uidet: et recedēs:
Et tuam celo medio leuatus
Aspicit arcem.

Piscibus fraudes uario labore
Ponis: et celo liquido natantē:
Alitem fallis: tua cum reluctans
Retia sentit.

His ubi fessus studiis: soluta
Mete de rerū generose causis
Dulseris: terras: maria: iusulasq;
Pectore cernēs.

Que uolant nullis remorāda frenis:
Atq; nostrorū statuūt laborum
Ordinem certum: stabili rotando
Singula fuso.

Cerneris tantas neteris ruinas
Glorie regum: furor ut tyrannum
Impulit Sikkam: metuēda frangens
Templa deorum.

Publicis curis male p̄sidentur
Imperat passim uario furore
Vulgus: haud uirtus: rudium nec ulla
Splēdet honestas.

Ille gētiles hereses sequutus:
Et nouos ritus ceremoniarum:
Approbat leges uetitas: Britanno
Biclephe scriptas.

Quam regit passim petulās uoluptas:
Otium: et miscēs animos cupido
Aeris: et multas faciēs ruinas
Perfidus error.

Consonant uoces uolucrū/propinqs
Insulis: densam gelidis p umbram:
Quas facit ripa triplici refusa:
Fluminis nnda.

Roscidas herbas premis: atq; olētes
Graminum flores: ubi purus aer
Corpis uires creat: et tepētes
Suscitat artus.

Feruidi phoebi caput expauescēs
Frigidas foelix calulas subintrās
Quas dolus nullus subit: aut scelesti
Pectoris astus.

Nec tuos uitat leporina castes
Preda: nec dorcas: uolucersq; ceruus:
Implicas: quicq; colit alta dense
Deuia sylue.

Doctus astrorum numeros referuas:
Que meant cursu memoras licenti:
Queq; sublimem rutilēt p orbem
Sydera noscis.

Doctus herbarū mihi sepe uires:
Nobilis gēmas memoras: metalla et:
Doctus es succis releuare tetro
Corpora morbo.

Quotq; stent celum facies p altum:
Tot referens terre species in orbe:
Totq; uirtutis superum refugas

Dicis in berbas.

Alter ad regum uigilet superbas
Splendidus meritas: colat hic p oēs
Alcam noctes: furiatq; nullo
Potus iaccho.

Mente tranquilla tibi uita serpat:

Pectoris curas fugiens inanes:

Et colat musas: cytaráq; Phoebi. Pectus honestum.

Quare poetæ trinomines

Quisquis adoptiuo ingenuus cognomine gaudet:

Huic tria dat uati philosophia triplex.

Ex more imponens cognata uocabula rebus:

Trinus. n. numerus cuncta sub orbe regit.

Et diuinare est nomen imponere: quod fit

Fortuna: aut moru uel necis indicium.

Alter ad uulgi instabilis fauorem
Spirat: et falces ferat inquietus:
Ut ruat tandem grauiore mole
Precipitandus.

Ille nūmorum studio ligatus

Instruat fratres: alius uoacem


Expleat uentrem: ferat impudens


Alter amores.

Sequitur Sodalitas Iraria Vienen. Conlegii et instructe classes.

Eustachius	Georgius	Adam
Classis prima. Tomas	Secūda. Ioannes pa.	Tertia. Ioannes Vol.
Hieronimus	Ioannes Me.	Nicolaus
Pancratius	Clemens	Christophorus

Crescite uirtutes Germanaq; gloria surgat.





DIVO MAXIMILIANO AVGVSTO THVN RADVS CEL
TIBI SE ET COLLEGIVM MV SARVM COMMENDAT

Abeunt tibi superioribus a maiest. tua Cefar August. (inter alia que tibi de tua diuina historia et illustrata Germa: conscribenda mada dediti) iniuxisti: pro uirili eniterer: ut ad ar. gymnasiū tuū Viennense eloquētiā Rho/ manā Veteremq; et solidā Philolo. inferrē. Eiuq; rei grā Conle. pōe: quo doc ti uiri et ingenui adolefcētes coalescerēt: te instituisse dicebas: subiūgens pro nostro tēpor. foelicitate sapiētiam cū eloquētia coniungere posse pulcherri mum institutū esse. O dignā Rho. Cefare uocē et eternis carminibus celebran dam: qđ inter tantā curā tuā mōlem: hoc est de salute et cōseruatione impe rii et religionis nostrę: de litteris (qbus imperia fulciūtur) inter tātos etiam Germanię motus curam haberes. Executus sum nō segnifer. et cū omni studio et uigilātia qua potui: illa tua diuina senfa et madata: Bibliothecāq; regiā: qn. tumcūq; adhuc tenuem: gręcis tamen et latinis: exoticisq; autorib⁹ ornatam: in struxi. Mathecos etiā libris ex ordine positis: nup a maiest. tua coemptis: cū globis non paruis: et chartis utraq; cęli et terre superficiem designātib. Inte/ rea clariss. adolefcētū et etate prouectiorū ingēnia: qbuscūq; potui illectamē tis ad eloquentiā et philo. inuitauit. Ad utruq; etiā scribēdi genus: et orōis et carminis: precepta et themata in delectu publico pposui: instructis reterū oratorū more classibus declamatoriis: Gręce etiā grāmatices rudimēta: que p necessaria homini latino sunt: quoad potui aperui: Nec spe mea fraudatus. ex illo. n. ingenuorū auditorū grege: uoti cōpos nō paucos ingenuosq; rārū amo/ re inflāmatos repperi: quos scribēdo illustres (si ut coeperūt pertexerint) fu turos spero. Qui tibi iā: et eternis tuis laudibus et uictoriis: certatim et nūcu patim: pmitias et expimēta ingeniorū suorū: in hoc libello ipresso cōserūt: et deuoto in te studio amoris et obseruātię dedicant: et grās genu nixi: ut corā deo fit: de erect. conle. cum bis uersiculis.

(Ergo colat uarię te princeps hostia linguę:

Nam noua tēpla tibi pectora nostra facis)

Agunt et referūt. Inter quos etiā aliquos ueteranos: cōmilitones meos et pri mpilares (qui tuis eternis laudibus deesse nō uoluerūt) inuenies: Quorū ob seqosa carmina tanqm castrensia quedā munera: ex Cole. tuo tanqm signa mi litaria manipulariter prodeūtia: Rex inuictis: placida et serena fronte suscipe. Qui ubi etate et tpe (Nam dies diē docet: et liber librū aperit) maiore erudi tione nacti fuerint: lōge maiora i laudes. M. tuę ad posteritatē conscribēt. Va le Cefar. August. urbis et orbis amor: multosq; nobis ex te et tuis nepotibus reges et Augustos daturus. Ex frontisterio nostro et cōtubēnio lřario Viēne kalēdis Martiis. Anno scđo erectionis Conle. Salutis uero nostrę. M. D. III.

INSIGNIA POETARVM

HANC LAVRVM PEDIMVS CHVRNADO INSIGNIA VATTVM
CAESAR: VT HEROVM FORCIA FACTA CANAT
QVAQVE PIOS VATES MERITA CVM LAVDE CORONET
QVANDO QVIDEM NOSTRAS IANI GERIT ILLE VICES.



AD LECTOREM CHVN. CELTIS.

Aspice surgentem sub sydera celsa Viennam:
Quæ tot musiphilos iam fouet alma uiros.
Cedat Alexander: cedant puerilia: parua:
Nam tenet Austriacas docta minerua scholas.
In eum qui scripsit nullum se getmanum:
pure latine scribentem legisse. nisi etc:
Laurea germanas iam comigravit ad oras:
Laurea Rhomano quæ docet ore loqui.
Hoc modo testantur phoebeo in amore sodales
Conscripti: quorum nomina clara uides.
Hi tua cribrabunt latiali carmine scripta:
Censoremque rudem: teque tuosque canent.
EVSTACHIVS NEOPHORVS ESLINGVS
Maxime Rhomulidum Rex inuictissime regum:
Ad cuius nutum totus componitur orbis:
Quemque omnes flexo uenerantur poplite reges:
Musa iubet me ferre tuas ad sydera laudes.
Iussa sequi da posse mihi: sic pectore forti
Per uastum exili current mare carbasa cymbas:
Inque tuas laudes consurgent rite camenæ
Quas uelut extorres reuocasti in teutonias oras
Austria cumque habitare solum: tectisque paternis
Excipis atque auro musas solaris et aede.
Phoebea donas placidaque in sede quietem.
Nec satis est musis tantum impedisse fauorem:
Quin etiam lauro concedis tempora cingi:
Docta quibus cordi est pallasque et pulcher Apollo.
Inclute opus: nullisque prius per secula nostris
Caesaribus factum: quod tanto in amore poetas
Diligeret: propriumque suum quod ferre solet Rex
Munus: in alterius largus concederet usus.
Sed facit hoc uirtus et amor tuus omnibus æquus
Ingeniisque fauens: quo pacto alemania doctis

Proueniet cretaeque uiris: qui pectore docto
Incipiant Italas Graiasque reuoluere musas:
Desertis studiis puerilibus: esse uiros se
Cernentes: solidis rodentes dentibus ossa.
Et rerum causas speculantur mente sagaci.
Historiasque nouas: et gesta illustria regum
Conscribent: et in acta ferent quaecumque geruntur
Principibus nostris: et tota teutonisa ora.
O me felicem tua si uictoria signa.
Inspiciam: uolitare tuas inuicte per alpes.
Dum petis Italiam: summum accepturus honorem:
Tunc sua quisque feret nostrum tibi carmina laudum.
Scilicet imperium quod nemo potentior alter
Iustitia: et multa pietate et religione
Protegat: eo qua phoebus surgit ab ortu.
Quaque sub hesperias fertur reuolubilis undas.
Quaque austrum boreamque uidet uultu radioso.
Sed postquam toto Caesar scriberis in orbe
Et tibi cunctarum rerum donantur habentia:
Auspice te nostrae cantent maiora camenae.
TOMAS ARETIUS CREMISANVS.
Turba profana sile musis infesta latinis:
Desine iam uatem dilacerare pium.
Munere grata suo celebrabunt saecula Caelen:
Aethereas arces candida fama petit.
Qui tandem multo peregrinus in orbe laborat:
Adduxit Graium Rhomulidumque notas.
Auspicio et cuius recinentes carmina musae:
Laurigerum et Phoebum clara Vienna tenet.
Clara Vienna tenet musas. ueramque sophiam
Aemula tarpeis argolicisque scholis.
Huc cupida o lauri uenias studiosa iuuentus:
Militiae Celtis laurea ferta dabit.
At modo dulcisono crepitent caua guttura cantu

Cæsareoq; operi plaude nouena cohors.
Plaude nouena cohors: Mauortem tempe belli
Atq; togæ phœbū et pallada Cæsar amat.
Hieronimus Pius Baldungus.

Alma doctarum genitrix sororū:
Quae iouis nata es mellore parte:
Grata diis cunctis age concinamus
Pieri carmen.

Quale uel diuum cecinisse uatem
Orpheon dicunt: ere bi seuerum
Iudicem quando: rigidasq; mouit
Carminē quercus.

Regis quādo reducem poetam
Sumptibus: dignaq; domo recepit:
Et sacras musas decorauit amplo
Largus honore.

Carmen insar os reficit dolores:
Quos mouet certis iaculis cupidior:
Nec minus caeli stabili rotatur
Foedere uocum.

Quale uocalis cytharae magister
Post giganteos cecinit triūphos:
Caelitū laudes modulatus acri
Pollice Phoebus.

Tale iā uellet chorus ille uatum
Cæsari carmē caneres: recētes
Principis laudes modulās benignas
Candida grates.

Sic enim Celtis docile iuuetam
Instruit: blanda uenerādu arte
Quo tuū crescit decus: & pennis
Gloria mundo.

Ergo si tantū ualet efficaci
Aureū carmē modulo: canamus
Inuicē doctae meritū camenae
Pieri carmē.

PANGRATIVS Vulturinus Silestianus.

Maximiliane Regum semper inuictissime:
Sceptra regni sub corona fers in omni gloria
Fultus atq; Rex honore: prosperans undiq;
Te celebrem fortitudo: qua refulges efficit:
Teq; mens adornat alta: continēs prudentiam.
Te sub aula iudicante: ueritas decernitur.
Quis sat odis hunc sonabit: laude dignum regia.
Quis uel aptū dicet carmen: tanto in orbe principi.
Quisue plene scribet unquā: fortis acta militis.
Nec sit ullus credo uatū: orbis hoc in climate:
Qui referre possit huius: rite laudes carmine.

Georgius Boorius Cecianus. Classis secūda.
Cum mihi nyseidos nondum gustare liquores
Musa dedit iuueni: nec adhuc concedere colles
Parnasi: ueluti Celtis iustrauerat olim:

B III

Iccirco stipula miscrum dispergere carmen
Cogor: uti clangens anser canit inter olores.
Quantulacūq; tamen tibi carmina Maximiliane
Rex invicte cano: quæ perlege fronte serena.
Sed quis condignas poterit tibi dicere laudes:
Qui tua per totū diffundis nomina mandum:
Nobilitate simul uirute: et corpe toto
Europæ cunctos contingēs sanguine reges.
Carmina quapropter multi cantare parati
Conueniūt iuuenes: tamē hinc maiorue minorue
Gloria non crescet tibi: uirtus carmine maior
Est tua: quæ cunctos uincit sub cardine reges.
Vera ego iā documēta canā: nā Phoebus et omnis
Musarum generosa cohors: cytharæq; repertor:
Et ueterū quicquid sapientia scripsit in orbe
Graio aut ausonio: nostras migravit in oras:
Aultriacosq; colunt iam docto carmine colles:
Hic ubi consurgit p̄ Bachica rura Vienna:
Et Cecius caluo cum uertice spectat in histrum.
O ueniat lux illa tuū qua cernere uultum
Possemus: dignos tibi et instaurare triumphos.
Qualis ab oceano uictorq; et qualis ab arcto:
Lætus in aultriacas uenias ut poscimus oras.
Tunc patriis libare deis: tunc soluere tristes
Collibeat curas: uiolisq; intexere frontem.
Mella ferent quercus: Cecius tum nectara fundet.
Tum capient lætos Australiæ sydera uultus.
Sudabunt ceduæ spirātia balsama sylvæ.
Omnibus ingeminabūtur tūc gaudia terris.
Nosq; tui uates tibi carmina mille canemus:
Carmina quæ nullū sunt interitura per æuū.

IOANNES PAVETIANVS Boemānus.

Phoebe regnator lyricae caterue:
Aurei praestes mihi iura plectri:
Principis laudes latii lepore u
Scribere possim.

Est dies foelix niueo lapillo
Ille signandus: leonora quādo
Principem tantum peperit fridri: o
Cesare natum.

Illū tibi natum memorant: uolasse et
Regias bis lex: aquilas: sei entes
Sceptra cum pomo tereti: Et coronā
Omnia regni.

Si mihi centum modo terret ora
Phoebus: & doctę astiterint cāmenę:
Non tuę possim memoranda facta
Dicere uite.

IOANNES MENANVS Oitrofrancus.

Terrarū o princeps natus melioribus annis:
Caesite ingenium fata dedere tibi.

Sydera qui caeli: qui mundi clymata calles:
Et quicquid pontus: terraq; tota tenet.

Tu prudēs: iustus: sine Marte et laepe triumphas:
Quod prebent paucis saecula nostra uiris.

Defensor patria: pacis clarissimus autor:
Summus et integrae religionis honos.

Summus amor uatū: prisceorum more uirosum:
Largiter aoniis dans tua dona uiris.

Qui tibi ppetuas cantabūt carmine laudes:
Quas alti extinguit nulla litura maris.

Quapropter Caesar Rhomani conditor orbis:
Duxit laurigeros in sua castra uiros.

Non sine pieris exercuit artibus arma
Scipiadesuatum maxima cura fuit.

Magnus Alexander sacros nutritisse poetas
tertur: et aeterna laude beatus erat.

Principē mūdi canimus fauete
Sit dies nobis memorāda musae,
Et mihi maior fluat ad bibedum
Castalis unda.

Haud procul cultus locus: a Viēna est:
Quem sacer iucus rosulq; campus
Cingit: et pulchram leuat intus altis
Moenibus arcem.

Mox fides ueri uolucres secuta est:
Arce te summa latia locantes:
Pacis ac belli moderatōratq;
Totius orbis.

Vatibus doctis tua liberalis
Dona fers: totū tibi referent p orbem
Te patrem nostrū: sobolem tuamq; ad
Sydera tollent.

Sic Rex prisco ū sequeris qui facta uirorum:
Vatibus et doctis semper amicus ades.

CLEMENS Bonicampus Carneolanus.

Cultor o uatum generose princeps:	Cum mihi dulcem tetricę sorores
Quiq; per totum domina's orbem.	Longius uitam tribuent: camena
Fronte iam læta docilis iuuentę	Nost'ra cantabit tua grandiori
Carmina uolue.	Carmine gesta.
Cęsaris magni celebremus omnes.	Cui dedit mundi regimę supremum
Candidi laudes: celebri camena	Tradidit gętes latias: et urbes:
Austrię terrę domini potentis	Tradidit læri imperii coronam
Aemiliani.	Iupiter almus.
Qui sacras musas latias ab oris:	Quaq; iam lauri uiridis corona
Inuehis nostris generose terris:	Vertices: cinxit docilis iuuentę
Et domũ: sacras tribuēs et arces	Celtis: ut laudes recinant perennes.
Pallade dignas.	Maxmiliani.
Olim ut umbrosas heliconis oras.	Hinc chori sacri iuuenes diserti:
Phoebus: et pindũ coluit niuosum:	Qui domo in Regis colitis amenas
Sic colit doctas sibi nunc dicatas.	Regis æternas celebrate laudes
Principis aedes.	Carmine docto.

ADAM Seragus Necaranus. Tertia Classis.

Cum iam Rhomulidę totum uirtutibus orbem
Imperio regerent: non uitam ducere inertem
Instituere patres: sed sanctas condere leges
Incipiunt: cunctis cultosq; imponere mōres
Gentibus: ac iuuenes in equestri laude deco:
Dicendi didicere modos: linguęq; nitorem:
Ut par imperio sermo foret: inde per orbem
Creuit utrũq; simul: maiestas cultaq; lingua.
Quę quāuis multo iacuit iam tempore: donec
Iupiter a celfo defigens lumina mundo:
Teutonię regem Rhomano a sanguine nasci
Dixerat: et priscũ iussit reparare nitorem
Maxmiliane tuam referens ad sydera laurum:
Quem manet imperium: qui solus numine diuum:
Eur opam atq; Asiam: terras fortissime Cęsar:
Et gentem phoebi quę nigra caloribus errat.

Te mea musa leuis cuperet laudare parentem.
Qui das Germanis Romanis ludere uerbis:
Inititutus nymphis: phoebos: dryadumq; puellis
Tecta pius: largusq; tuis prouentibus ornans
Cessit ut imperium. sic cedat gloria linguae
Germanis docta dum cingunt tempa lauro.
Quam Celtis dare iure potest. et ferre coronam.
Quem patrem patriae: nutris largissime princeps:
Certa salus nobis et spes fidissima musis.

IOANNES VOLSCVS de zuola Bemus.

Magnacothurnato: deponit carmina. cultus:
Exigit heroes et sacra musa pedes.
Maximiliane tuas Rex inuictissime laudes
Ut referam: quis tu clarus in orbe micas.
Sed neq; Pieridum mihi cognita turba sororum est:
Proluit aonius nec mea labra liquor.
Non igitur referam tua cuncta ab origine gesta:
Gesta maroneo carmine digna cani.
Inter multa tue Caesar pre conia laudis
Dicere me cogit nostra thalia tamē
Vnum quod doctis donas modo uatibus ædem:
Et sceptrum et laurum: signaq; sacra iouis.
Quo tibi perpetuum dant sæcula postera nomē
Illustrem et famam semper habebit opus.
Vnde uiris doctis crescet Germania tota:
Qui tua grandiloquo carmine gesta canent.
Dum uirces rigidus quæ nunc habet oppida turcus
Quæ uidet euxini mobilis unda maris.
Bosphorus: et macedum campi: quaq; attica tellus
Quaq; patet bifido grecia clara sinu.
Omnia turcus habet: tñ hæc postq̄m in clyte Regū
Viceris et uictor clara trophæa feres.
Tunc tibi grandiloquo referemus carmine laudes:
Et tua sub cælum nomina clara uolent.

NICOLAUS MVSIPHOLVS Phorcenſis,
 Caſtalidū ſcandet pubes Germana ſacratas
 Rupes: ppetuis reſonant ubi carmina riu' s
 Florētesq; rigant hortos: placidoq; ſuſurro
 Delectant patulas aures: ſomnoq; ſoluto.
 Exhyār at artus: mēbris rene uātq; uigorē:
 Atq; animū lætum compellūt dicere carmē.
 Auſcultate uiri proceres: et docta inuētus
 Quæ noua facta canam: germanis nota ſub ori.
 Cui mare cui tellus: totus cui ſubditur orbis:
 Maximilianē tollēs ad ſydera nomē.
 Is præclara dedit largus ſua dona poetis
 Conſtituitq; domum ſophiæ: doctisq; camenis.
 Et lauro iuſſit doctos decorare poetas:
 Perpetuo currūt donec uaga ſydera cæli.
 Plaudite caſtalides: o quantū laudis habebit
 Cæſar et in toto fiet memorabilis orbe.
 Carmina cui iuuenes olim maiora canemus:
 Dū ſacram capiet ueteri de more coronam.
 Cæſareos titulos latios Galli:q; triūphos.
 Et quæ de trucibus reſtat uictoria turcis.

CHRISTOPHORVS Apitiuſ Maierhouanus

Gratias longo referamus æuo	Principi laudēs canimus ſpennel.
Cæſari pulchra iuuenes Viēna:	Qui ſacras docto a latio camenas
Qui dicat ſacras philomufus aedēs	Inuehit noſtras ſapiēs in oras:
Plaudite muſe.	Plaudite muſe.
Plaude Germanos petiſſe fines:	Interit fato ſuerile dogma:
Quas cupis doctas iuuenis ſoroꝛes:	Quod patres priſci doeuere natos.
Pallada: et phoebi comitātē plēctro:	Iam datur ueris ſtudiſſe rebus:
Plaudite muſe.	Plaudite muſe.
Auſtrie tellus modo perbeata:	Conditoſ mores: populos: et urbē
Dum ſinu doctos ſouet hęc poetas:	Fluminū lapſus: nemorumq; ſalubē
Quos creat Celtis uiridi corona:	Auſtrię: laudēt patrii poete:
Plaudite muſe.	Plaudite muſe.

Plaudite musarū generosa turba:
Hospitē nobiscū habitare Phoebū:
Qui suis sacrat radiis poetas:

Plaudite musæ:
Vivat et crescat docilis inuētus
Moribus sanctis: studeatq; doctis
Feruide musis. ualeatq; uates:

Plaudite musæ:
Finiunt panegyrici decantati Diuo Max. August. p. Soda. lra. Dannubianam
Censorib; Chunra: Peutingero: Ioann. foenileca: Sebast: Sperantio Impressi
aūr Auguste: Vinde: p Mgēr Ioann: Ori. ar sub priuilegio: reg: ne quis in de
cem annis illa imprimat In urbib; Imperii Et Re. Maiest. terris.
Anno. M. D. V.

Vivat eterno pater ille uatū
Semp Augustus: uigēatq; semp
Carminū dulces moduli: et poetæ:
Plaudite musæ.

Phebus et uestra medius Corona
Candid' puls' et citharā sonora
Nosq; coniūget geniali amore
Plaudite inuē.

Ioannes Sturnus Smalca' dēsis Ad Chun: Celt: Carmē

Qua late armonis bellax: Germania terris
Sceptra latina gerit
Cogitat aoniis duce te iam Celte coronis
Excoluisse caput
Iamq; petunt Laurum: frontis dignissima doctē
Præmia teutonici.
Te primum Vate iam iactat rhenus & hisler
Virgiliumq; esse suum
Albis: & arctoum Godoni qui fertur In equor.
Vistula cum Vesuro
Atq; oæra Euxini francos qui misit ab oris
Intima ad hercinię.
Et Gera: quiq; Elstrum secum Sala fundit in alb
Necarus & molula
Macte sacra lauro: dum ppgis Carmina summo
Caclare digna legi
Secretum populo tua te sup astra reuectet
Barbitos atq; chelis
Te manet usq; suum celi lyra te citharedum
Diuq; deeq; manēt.

Doctrine probitas iuncta sub astra uolat.

CHVN. CEL. DIVO MAXIMI AVGVSTO

Post haec pulchra tuae scribata primordia gentis:

Atq; atavos proavos magnanimiq; patre.

Et generis titulos et auitae stemmata terre

Quamq; uetus tibi sit nobilitati. onos:

Quis puer: et primis quo pacto adoleueris annis.

Quid uir: uel quicquid gesseris ipse senex:

Principiumq; tui generis cum scire laboro:

Cognatos ueniam Curis a Iusq; deos.

Parcite mortales (tunc dicet lupi) uetuos.

Caelicolae) hunc uestra dicere progeniem

Aeditus e nobis est Maximus Aemilianns:

Non alium admittet gloria tanta patrem.

Tu tantum placidam nobis concede quietem:

Atq; sodalitium coge coire meum.

Nemo etenim hunc solus poterit copleffe labore

Ex quo tot sancti hic comemorantur aui.

Cumq; tibi nullus similis nunc uiuit in orbe:

Historiam hanc: solus scribere nemo potest.

Oraculum Apoli: Ad Cel.

Magna uenit nulli sine magno fama labore:

Et uaga sudorem gloria semper habet.



